Quelle: http://manuscripta.at/?ID=39279
Copyright: Kremsmünster, Benediktinerstift



23

15.

posuisti in capite eius coronam de lapide pre
cioso Vitam petiit a te: tribuisti ei longitu
dinem dierum in seculum et in seculum seculi Magna est
gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum de
corem impones super eum Quoniam dabis
eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis
eum in gaudio cum vultu tuo Quoniam rex spe
rat in domino: et in misericordia altissimi non com
movebitur Inveniat manus tua omnibus
inimicis tuis: dextera tua inveniat omnes qui
te oderunt Pones eos ut clibanum ignis in
tempore vultus tui: dominus in ira sua conturbabit e
os: et devorabit eos ignis Fructum eorum de
terra perdes: et semen eorum a filiis hominum Quo
niam declinaverunt in te mala: cogitaverunt con
silia que non potuerunt stabilire Quoniam
pones eos dorsum: in reliquiis tuis preparab
vultum eorum Exaltare domine in virtute tua:
cantabimus et psallemus virtutes tuas